

Andreas Mylius    Ludwig Brun

## **Disputatio Critica Prior De Interpretatione Scripturae S.**

Regiomonti: Segebadius, 1637

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786502177>**

Druck    Freier  Zugang












DISPUTATIONES THEOLOGICAE MISCELLANEA.  
Tomo hoc. XCVII. comprehensiv.

Scrulium Scripturae Sacrae. Pr. D. J. 1.	De Triplici Officio Christi. Praef. 25.
Conformitas Iudaeo-Papistica in loco de Scriptura Sacra. Pr. D. N. Gejero. 2.	J. Michael Dehmio. 26.
de Analogia Fidei. Pr. D. Ab. Calovia 3.	De Problemate Theologico. Pr. D. 26.
de Interpretatione Scripturae S. P. Mylio 7.	culus Filii de Ascensione Christi in Coelos quicquam deroget vere Corpori et Sanguini ejusd. Prae 5.
de SS. Scripturae Auctoritate, Perfectione ac Perspicuitate. Pr. M. El. Veselio. 6.	Sententia in S. Coenae. Praef. D. Coelestino Mylenta. 27.
de Hermeneutica Vera et Falsa. ad 2. Pet. 1. v. 20. 21. Praef. D. D. Debelio. 7.	De Lamentatione Vestiarum Nivivi tica. ad Ion. c. 3. comm. v. 8. Praef. 27.
de Cognitione Dei Definitiva, an debet Pr. M. Joh. Wemmamo. 8.	Joh. Fulenco Mayero. Licent. 28.
de Sanctissimo Trinitatis Mysterio. Pr. Sebast. Niemann. 9.	De Sigillo Confessionis. Pr. D. Johan. 28.
de Personarum divinarum distinctione, an et quoniam illa sit. Praef. Eodem 9.	Indo. 2 uer. West. 29.
de Actione Dei prima in tempore, quae dicitur Creatio. Pr. M. Joh. Wemmamo. 10.	De Numo Confessionario. Non Pr. D. 29.
de Permissione divina circa peccata. Pr. Christiano Chemnitio. 11.	De Satisfactionibus propriis pro peccatis temporalibus remissionis culpa in hac vita. Pr. D. Joh. Dehmio. 30.
de Apparitionibus Daemonum. Pr. D. Joh. Meinero. 12.	De Confictio Pontificiorum Septe nario Sacramentorum Numero. Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo. 31.
de Natura et Quidditate Luminis Glo ria. Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo. 13.	De Baptismo. Pr. M. Lev. Pouchenio 32.
de Peccato Veniali. Praef. Eodem. 14.	Quart. Cas. Cum Abstemys quid agendum in SS. Synaxi. Pr. 34.
de Peccato in Spiritum Sanctum. Pr. M. Joh. Wemmamo. 15.	Analysi quest. et 1. Cor. 10. Praef. 35.
de Phrasi Scripturae, qua Deus dicitur Indurare, Excoecare. Pr. D. S. Schmitt. 16.	J. Joh. Dehmio. 36.
de Verbis Liberi Arbitrii in Conversione. Pr. D. Sebast. Niemann. 17.	De Fide in Mesiam Patriarchali ex Genes. 29. v. 18. Pr. D. S. Schmittio 37.
de Actione Dei prima ab aeterno, qua dicitur Praedestinatio. Pr. M. J. Wemmamo. 18.	De Donis Operibus. Pr. M. J. Niemann 38.
de Phrasi Scripturae, Deletionis à libro Vita. Praef. D. Sebast. Schmitt. 19.	De Donis Operum Necessitate. 39.
de Foemina Circumdante Virum, tan quam novo, quod creavit Dominus, ex Verem. 21. v. 22. Pr. Habichhorstio. A. 20.	De Donis Operum Necessitate. 39.
de Aphorismo Ioh. 1. v. 14. Verbum Caro factum est. Pr. M. Joh. Wemmamo. 21.	Jacq. Clavis Ligantis. Pr. D. Jambauer 40.
de Aphorismo Ioh. 1. v. 14. Verbum Caro factum est. Pr. M. Joh. Wemmamo. 21.	Tib. nova sive de nova s. 41.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	Excipit vrbis. Pr. G. Groenio. 42.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	Purgatorium exustum à Papistis. 42.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	Pr. D. Joh. Adamo Scheyero. 43.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	De Reliquis Christi et Sanctorum Caris cultu. Pr. D. S. Niemann. 43.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	De Resurrectione Mortuorum. 44.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	Pr. M. Lev. Pouchenio. 45.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	De Resurrectione Impiorum. Pr. 45.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	J. Johanne Meinero. 46.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	Contra Empedocles Promissionis Adventus Christi Ultimi. Pr. D. Wemmamo. 47.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	De Gemitu Creaturae intelligentis. 47.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	Pr. D. S. Christophoro Ottone. 48.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	De Appellatione ad supremum Iu. 48.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	De Iohanne Jesum Christum. Pr. I. E. Gerharo 49.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	Tractatus Viventium. Praef. 49.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Paralelisma Cabanae Newtonianus. Praef. Johanne Dalmo Scheyero. 22.	Pr. Sebastiano Schmittio. 49.

Collecta à M. Antonio Ulrico  
Comp. Tubinga. Anno 1680  
d. 14. Junij.

6  
27  
F  
28  
32  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49







בְּיָדוֹ

DISPUTATIO CRITICA  
PRIOR

DE

INTERPRETATIONE SCRIP-  
TURÆ S.

Quam

*Loco Ordinariae proponit & subsequaturis dispu-  
tationibus premitit*

M. ANDREAS MYLIVS,  
Ebrææ Linguae P. P.

Respondente

LUDOVICO BRUNEN ROSTOCH.

*In auditorio Majori, die 28. Novemb. horis matutinis  
ventilandam.*

REGIOMONTI,

Excusa typis Laurentii Segebadii,  
Anno MDCXXXVII.

31  
32  
6 37  
20  
20  
4  
4  
4  
4  
21  
16  
11  
11



VIRIS

*Magnificis, Admodum Reverendis, Amplif-  
simis, Excellentissimis, Clarissimis,*

Dn. CHRISTOPHORO von der Lippen/  
J. V. D. quondam Serenissimæ Danorum Reginz  
SOPHIÆ, Cancellario; jam verò Regis potentiss.  
Danorum, Norvavorum &c. CHRISTIANI IV.  
Consiliatio intimo, dignissimo.

Dn. IOHANNI QVISTORPIO, S. S.  
Theolog. Doct. et, ejusdemq; in Almâ Rosarum Pro-  
fessori seniori celeberrimo, & ad Divum Mariæ Ec-  
clesiastæ fidelissimo.

Dn. CHRISTIANO Schmilowen/ Medic.  
& Philosoph. Doct. et experientissimo.

Dn. M. ELIÆ TADDELIO, ad Rosto-  
chiensium D. Petri Pastori vigilantissimo.

Dn. M. Gottfried GESIO, Serenissimi Prin-  
cipis CHRISTIANI, V. Electi Regis Danorum,  
Hæredis Norvavorum, &c. Concionatori Aulico  
eruditissimo.

DN. DN.

*Euseyætais, Faatoribus, Præceptoribus, Avunculo, Con-  
sobrino, Adfina suspiciendus, venerandus*

*Hoc, quicquid est exercitii, in debita observantia  
& amoris resseram*

*dicat, consecratq;*

Ludovicus Brunæ Resp.



CUM DEO.



Disputationes nonnullas criticas de certis scripturae dictis proposituri, unum ac alterum interpretationis canonem iisdem praemittimus, quò appareat sanctae linguae (ut de Graeca taceamus) necessitas & quàm indignè sacras literas tractent, qui Ebraeae linguae ignari sunt; imò neq; Theologi nomen mereri illos, qui germano solum sermone, aut latino imbuti, sacri codicis interpretationem, ex consueto multorum more, suscipiunt.

CANON. I.

Fidelis interpres Scripturae sacrae, ante omnia fontem ipsum, sive illam ipsam, quae Scriptura consignata est, linguam consulat.

Lindanus l. I. de optimo genere interpretandi editionem latinam Ebraeo & Graeco codici longè anteponit: id quod etiam Concilij Tridentini Patres Sessione 4. decreto 2. statuunt. Idem decretum, & latinae editionis authenticam auctoritatem Gregorius de Valentia in analysi fidei catholicae part. 8. fol. 346. & sqq. Andradius lib. 4. defensionis Concilij Tridentini, & in primis Bellarm. lib. 2. de verbo Dei, cap. 10. 11. 12. 13. & 14. acerrimè propugnant. Verùm omisiss reliquis Theologorum rationibus, quas ipsorum scripta fusè satis exponunt, illas tantum proponemus, quae scopo nostro propius accedunt, & ita vulgata huius editionis auctoritatem infringimus. I. Eiusdem barbarie & solocismis, quorum plena est, quod cuius patet, unde eam non à spiritu Sancto, qui linguarum auctor

Resp.  
LUDOVICUS BRUNNE RO  
STOCHIENSIS.

31

32

6

37

20

28

40

26

4

4

2

40

1

21

16

4

11

11

11



est. neq; vitiosè loquitur; sed ab homine inconsiderato, ac negligente profectam esse concludimus, ac proinde nec posse nec debere dici authenticam s. canonicam. Brunonis quidem, Episcopi Herbipolensis Psalterium, barbariem hujus editionis & hos solæismos tuctur, quod nimirum Grammaticorum observationibus oratio obscurior & minus eruditis intelligibilis reddi posset, unde delectatio in lectione minueretur, & animarum salus ex lectione frequenti & ferventi proveniens impediretur: quod non minor sanctorum Patrum in canone Scriptura, etiam quoad Grammaticam, autoritas sit, quàm Donati & Prisciani: quod indignum sit verba cælestis oraculi restringere sub regula Donati: &c. Sed cum hac satis ridicula sint, quorum ipsos Pontificios pudeat, nolumus quicquam addere, & vulgate editionis auctoritatem 2. imprimis hâc vice infringimus; Corruptelis & erroribus, quibus non solum à sermonis proprietate, sed & à sententiâ verâ recedit, quod ut ex multis pauca tangamus sequentia scriptura loca satis probent.

Gen. 6. v. 5.

Et quod cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum.

Hunc locum ad extenuandum originale peccatum in vulgatâ hâc editione depravatum esse cum D. Chemnitio parte I. Exam. Conc. Trident. pag. mihi 167. statuimus; idq; primò, quia in eâ cogitatio cordis *כחשבות לב* figuramento cogitationum cordis ponitur, quod figuramentum incompletas etiam cogitationes non inconvenienter includit, ex Sixtin; mente in Antib. bib. p. 395. vel etiam ipsos primos motus, conatus & impetus, quando mens primo concipit & format cogitationes, secundum Chemnitium l.c. Confer.



Confer. Rungium in h. l. Bellarminus l. 2. de verbo  
 Dei cap. 12. hac duo ejusdem esse sensus, & cogitationem,  
 quia à corde fingitur, ipsam cordis figmentum esse scribit,  
 idq. Ebraorum autoritate probat. Unde ex ejusdem mente  
 prior vox regiminis יצר pleonasticè posita erit, juxta ratio-  
 nem aliorum exemplorum, que videntur apud Glasi: in Gram:  
 sacra p. 135. Verùm dignum fuisse bono scriptore, ipsos E-  
 braos denominasse, eorundemq. verba allegasse, unde ipso-  
 rum mens perspicere potuisset. Imò concedimus quidem, quod  
 Elias Levita in suo תשובה וטאות הלב יצר simpliciter & nudè  
 ipsam cogitationem, & cordis concupiscentiam significare  
 scribat his verbis: וטאות הלב יצר, quod  
 Kimchi l. rad: statuit his verbis: נקראה טאות לב האדם  
 ורעיונות יצר & rationem addit (non cum Bellarm. quod co-  
 gitatio à corde fingatur: sed) quod ipsa plurima fingat &  
 efformet in corde, qua cor concupiscit, his verbis: ונקראה  
 זכ לפי שהיא יוצר ופעל הענינים בלב שהלב מתאיה אליה:  
 At cum hac Rabbiorum autoritas Bellarm: parum juvet,  
 minimè negamus, cogitationem aliàs convenientissimè cor-  
 dis figmentum statui, etiam quod à corde fingatur: Duo hac  
 tamen, cogitationem nimirum, & cogitationis figmentum  
 ab interprete nibilo minus, confundi non debere, sequenti-  
 bus probamus rationibus. 1. Quod boni interpretis sit,  
 ne, ubicunq. id commodè ratione idiotismi fieri potest, ad  
 minimum à verbu Spiritus Sancti (in quibus plurima em-  
 phaticè latent, qua si solum sensum exprimas, non faciliè  
 deprehendantur) decedat, nisi eundem sensum Spiritus S, in  
 N. T. suppeditet; Conf. Polani syntagma p. 87. 2. Quod  
 prater urgentem necessitatem ab analogà ratione deceden-  
 dum non sit, unde etiam hic pleonasmò vocis opu non est,  
 cum hoc loco nullam urgentem necessitatem Pontificij solide  
 probare possint; Imò ex mente etiam Bellarm: qui hac duo.

A a Cogita

31  
 32  
 6  
 2  
 20  
 4  
 4  
 4  
 1  
 21  
 1  
 1  
 1



Cogitatio cordis, & figmentum cogitationum cordis pro iisdem accipit, omnis necessitas expiret. 3. Notum est vocem יצרא non tantum significare efformationem s. actionem fingendi, sed etiam rem fictam vel figmentum ipsum, vide Rung in h. l. pag. 292. In qua significatione occurrit Esaiæ 29. v. 16. Ubi eam exponit R. Kimchi in Comment. Et in lib: Rad: quod eadem sit לאלאבת יצרא Sic Hab: 2. 18. ubi, sicut & precedenti loco Græci ἄλαστον habent: neg. facile quisquam hanc vocis huius significationem negare poterit, qua vel primo intuitu intextu perspicitur. Hac cum ita sint; quid obstat, quò minus in versione hoc loco vocabulum figmenti retineri possit? An quod Flacius hinc suum de peccato originis errorem, quod substantia nim. sit, & forma substantialis, hauserit? Hoc minimè inde sequi vel ipsi Pontificij doctiores facile concedent, cum inter substantiam in se consideratam, & respectu congenita malitia, ipsi distinguere solent. An etiam, quod hinc minus suam sententiam de peccato originis, Pontificij tueri possint? absurdi erunt, si hoc sentiunt & turpem Principij petitionem committent, dum hic id sibi concedi volunt, quod à nobis negatur. Instat quidem Cornelius l. c. quod voce figmenti hæc substantia ipsa notari non possit, qua figmentum Dei, non cordis est, ut rextus habet. Verùm nil absurdi est, si in hæc regiminis constructione, non ita respectus (quem tamen in totum non excludimus) ad Deum, quam subsequenter effectum, cogitationes nim. humanas habeatur; h. m. figmentum cordis id est, cor ipsum, quod iuxta Dei verbum cogitationum scaturigo, est malum, (non quod à Deo ipso depravatio hac sit, sed quod Adami lapsus subsequuta fuerit) Inprimis cum Gen. regiminis sepe effectum nover; ut Pl. 4. 2. Deus Justitiæ, id est qui tuetur justitiam & c. 4. Chaldaæ Paraphrasis vocem יצרא retinet, quæ ita habet; וכל יצרא מחטבת.

Secund.







verè exponeret, ne originale peccatum concedere cogere-  
 ar. Attamen nil efficit, eiq; cum Chemnitio l.c. re-  
 spondemus ipsam radicem aliq; loca satis ostendere hanc  
 partic. exclusivam esse. Et licet ex aliis locis probarint a-  
 lii, significationem profectò huic partic. convenire: non-  
 dum tamen probarunt ab usitatori & propriâ signifi-  
 catione exclusivâ hic præter necessitatem, (quam Pontificii  
 non dabunt, nisi cum Principii petitione suam supra nota-  
 tam sententiam dederint, quam hoc ipso loco impugnari  
 dicimus) decedendum esse. Hujus autem partic. usitatio-  
 rem & principalem significationem exclusivam, probat i-  
 psa radix פפא attenuavit, à quâ particula פא extenuandi  
 significationem obtinens, tantum, tantummodo, vide Lex:  
 Pag: unde eam etiam reliquis significationibus Lexicogra-  
 phi preponunt. Ad hæc Targum Onkeli illud ipsum פא  
 voce פא reddis, cuius vocis Münsterus, Buxtorf. &  
 Schind. in lex: præter exclusivam significationem, alias  
 quidem etiam significationes agnoscunt; nullam tamen  
 asseverationis, Profectò, Verè, &c. mentionem faciunt.  
 Sic & Fagius in suâ Paraphrasi Chaldæa, convenienter  
 eam hoc loco per tantum exponit, cuius Interpretatio in  
 opere Regio dolosè est omissa; quamvis alibi, ut Deut.  
 3. 19. &c. ubi nullum incommodum metuit interpres par-  
 tic. Chald. פא exclusivè reddiderit. (2.) Si per  
 auxilin partic. פא textui est inserta, quod dicit Corn. à  
 Lap. quare eandem vulgatus Interpres in suâ versione non  
 expressit, cum commodè exprimi posuerit? Imò si conve-  
 niens erat pleonasticam repetitionem observare Exod. 15.  
 26. ubi idem quater repetitur, cur eandem hoc loco ne-  
 glexit?

Tertiò vitiosa vulgati Interpretis versio inde patet,  
 quod corruptè ponitur, intantum esse ad malum, pro ma-  
 lum esse, qua duo differunt. Et hoc versiois vitium no-  
 tant



7.

tant 1. Expressa textus litera, que nil habet, quod in-  
tentum esse significet. 2. Chaldaea Paraphrasis, qua E-  
braas voces accuratè reddit כול ביש כל יומא mala omni tempa-  
re. Accedunt LXX, qui ut ut suo Advocat non tam cor-  
dis conditionem juxta Ebraei textus sensum; quam actum  
signant: nullo tamen verbo id intentum esse exprimunt.

Psalm. 2. v. 12.

Apprehendite disciplinam.

Non proponemus multis, quod Salmeron tom. 5.  
prol. 8. p. 79. &c. ex hoc loco deducit, unius nim. loci plu-  
res literales sensus esse posse; ita ut huius quoq. loci quadru-  
plicem sensum nobis suppeditet, nim. adorare filium, ado-  
rare pure, osculari iriticam, apprehendere disciplinam.  
Non a. facile doctum latere potest, nequaquam scripturam  
ad salutem erudire posse. (qua tamen erudire debet, 2. Ti-  
moth. 3. 19.) si singula eque dem verba ambigua sint, cum  
omne ambiguum incertum sit, neq. definita sententia. Ad  
hac, quamvis Ebraei textus translationem peculiarem scri-  
ptura sensum gignere absolum est: Imò seqq. probabunt  
contrarium, quæ verum sensum literalem horum verborum  
à Salmeronis falsâ persuasione, & imprimis vulgata ver-  
sionis depravatione vindicabunt. Damus ergo huius loci  
sensum literalem solum & unicum, osculari filium, qui  
confirmatur 1. Phraseologia & vocum ratione; nam  
(1.) פשׁב proprie osculari significat, vide Concordantias E-  
braas, quæ inductione exemplorum hanc significationem  
probabunt, ita, ut si quæ alia significatio occurrat, ad hanc  
tamen principalem respectus sit. Sic R. Mardochei in  
suis Concordantiis de hac voce dicit: כל לשון נשיקה  
Et R. Kimchilib Rad. vocem נשיקות Ezech. 3. 13. expo-  
nit quidem vocè נשיקות ita tamen, ut ad osculandi signi-  
fica-

31  
37  
6  
2  
28  
4  
4  
4  
1  
21  
1  
1  
1  
1



4  
5.  
ficationem respectum habeat, cum addit נשקוּת באילו נשקוּת  
לל ׀ Nec dissimiliratione h. l. quoz quidam נשקוּת per  
adorare reddunt, cum respectu ad osculandi significatio-  
nem, postio, per Metonymiam, signi pro signato: quam si-  
gnificationem hinc priori subordinatam, non contrariam  
esse, dicit Drusius lib. I. quæst. Ebr. quæst 72. quomodo  
R. Kimchi in lib. Rad. hunc locum per כבד אחר honorare alium exponit. Sed ut ut vox adorare vel hono-  
rare textui vim non inferat, malumus tamen vocem oscu-  
lari retinere, habito respectu ad priscum Judæorum mo-  
rem deosculandi reges, qui uncto Regi hujus Psalmi suo mo-  
do commodè applicari potest; vide de hoc more deoscu-  
landi R. Efram inh. I & R. Kimchi, 1. Sam. 10. 1. ubi  
sriplex facit osculum (1.) נשיקה של גדלוה Oscu-  
lum magnitudinis, sc. dignitatis, de quo I c. I. Sam. 10.  
(2.) נשיקה של פרוקים Osculum propinquorum, de  
quo Exod. 4. 27. (3.) נשיקה פרישות Separationis  
osculum, seu valedictorium, de quo Ruth 4. v. 14.  
Idem habet Drusius in Commentario Pentateuchi  
pag. 170. Confer eundem lib. I. quæst. Ebr. quæst. 72.  
Hoc cum ita sit, & à propriâ significatione, præter urgen-  
tem necessitatem, recedendum non sit, non erit quoz, ut  
hic deosculandi significationem relinquamus, usq, dum  
(quod in hunc usq, diem nemo præstitit) cogentem neces-  
sitate probarint adversarii. Verum quidem est quod  
R. Joseph cæcus, qui ipsius Targum in Psal: à nonnullis  
creditur esse autor, & à Six. Senen: in annum Christi 400.  
circiter collocatur, vocem נשקוּת per קבילו נשקוּת Accipite  
reddat, sicut & LXX. suo ἀπάξαι interpretantur: ita  
ut ex multorum mente pro נשקוּת videantur legisse נשגוּ.  
Verum 1. cum vox נשגוּ in piel in usu non sit, neq, pro-  
babilis videtur ejusdem hoc loco lectio. Probabilius an-  
tem est cum M. Barth. Majero part. I. phil. sacræ p. 350.  
statuere.



9.  
Statuere, hunc Rabbi ex Judeo quodam odio Ebraum textum  
depravasse. Imò cum de hac diversitate lectionis Masore-  
thæ nil habeant, neq; in ullo codice lectio תבן נאב monstrari  
possit; inconueniens quoq; erit doctiorum Iudicio Ebrai  
textus mutationem hoc loco concedere. 2. Ebrai textus  
auctoris à versione nullà dependet, nec Chaldaea nec Græca:  
Sic enim rivulus esset ipse fons & mater doceretur à filia:  
ut ut libenter concedamus Chaldaea paraphrasi & versione  
Græcà multum illustrari Ebrai textus integritatem, si quaestio  
incidat de loco non controverso: optime autem, si in locis  
controversis Ebraea lectio à Chaldaeo vel Græco approbetur,  
Confer tract. Doct. Helv. de Targumin p. 22.

(2.) Vox תבן omnium optime hoc loco per filium red-  
ditur, Chaldaicum hoc vocabulum, est ab Ebrao תבן deductum,  
mutato ד in ת, cuius, ut & aliarum permutationum benefi-  
cio, maxima pars dictionum Ebraicarum, in usum Chaldaeorum  
transire solet; Vide Grammaticos Chaldaeos. Quod au-  
tem hæc vox verè filii significationem hic obtineat, sequentes  
insuper rationes confirmant Primò antecedentia v. 7. expres-  
sam facit mentionem filii, cuius regium officium describitur  
v. 8. & 9. unde observantiam ei præstandam esse dicit  
v. 10. quæ exhortatio v. 11. & 12. continuatur, ita ut voca-  
bulum תבן v. 12. voce filii commodè reddi possit: cum in  
primis omnium horum versuum idem subjectum sit, & ar-  
tissime cohereant omnes, quod cordatus lector non negabit.  
Secundò in conseqq. suffixum tertia persona vocis תבן in  
eum; ut & verbum תבן irascatur, aperte satis naturali  
constructione & ordine præcedens subjectum voce תבן nota-  
tum respiciant. filium nimirum, cui osculum figitur, qui itidem i-  
rasci potest. Tertio voci תבן qua in textu est, & nun-  
quam accipere significat, convenientius vocabulum filii addi-  
tur, quàm doctrine, tum insuper hoc verbum semper habeat  
adjunctam mentionem ejus, cui honor osculi exhibetur. Sta-



tuant hoc M. Barth. Majerus part. i. Phil. sacræ p. 353. & Gloss phil. part. j. p. 351. quod & Ebraeæ Concordantia ad oculum demonstrant. Et licet Phrases; osculari Filium, apprehendere doctrinam, ad eundem videantur collimare scopum; vide Bellam. lib. j. de Christo, c. 5. non decet tamen interpretem veras & genuinas vocum significationes ultra necessitatem relinquere. Quartò בר, si concordantias Ebr. consulas, nullibi doctrinam significat. Vult quidem Sim: de Muis in hunc locum Chaldaicum, Græcum & Latinum τὸ parum pro verbo puro accepisse, & sic metonymiam adjuncti statuere videtur: Sed hæc metonymia hujus vocis, qua nullibi in codice occurrit, & hæc ambage hic opus non esse, præcedentes rationes evincunt. Imò Latinus interpres imprimis tantò rectius & melius vocem בר vocabulo filii juxta contextum reddidisset; quantò firmiter in eo (Pontificis etiam concedentibus) contra Judæos aliosq; Veritatem Christi negantes, presidium est. Unde etiam Sixtin: in Antib. bibl. p. 700. concludit; vulgatam versionem in loco primario fidei aberrasse.

II. Prior hac argumentorum classis fuit: sequitur altera ab autoritate desumpta, quæ tum supra à nobis data literalis sensu probatur; tum spuria vulgati interpretis improbat. R. Kimchi, quem citant Sim: de Muis & Barth. Coppe, Prof. Heidelb. in hunc locum vocabuli בר triplicem adducit interpretationem pro filio, pro puro & innocente, & pro electo. R. Esra h. l. versionem, osculari filium, probat, & hunc de osculandi morè pluribus describit; his verbis: הנה עברו אתי ונשקו בר כנגד על משיחו והנה פירוש בר כמו מהברי ומה בר בטני וכן כתוב בני אתא זמנה ניום בעולם לשום ידיהם תחת יד המלך כאתי שלמה או העבר תחת יד ארני לנשק את המלך וזה המנהג עד היום בארץ Elias







*Rectius dicimus, particulam exclusivam distinctionis nota  
distingui à sequentibus, cum notata sit accentu Athnach, &  
precedens minister Munach, vocem ם״ן cum particula il-  
la exclusiva conjungat. 2. Ut ut versio Germanica Lu-  
theri, ob dexteritatem, qua ad fontes propius accedit, ob per-  
spicitatem, ob accuratum studium, in ea adornanda adhibi-  
tum, de quo vide tom. 5. Jenens. Germ. fol. 141 fac. 2. &  
fol. 143. fac. I. reliquis versionibus merito præferri debeat :  
nullum tamen in ea defectum esse, non facile quis concedet,  
cum contrarium concedat Lutherus ipse in præfatione proluxa  
super Psalt. cujus verba vide apud Doct. Frantzius de In-  
terpret. Scripturæ p. 38. Nostrates insuper loca plerumq. a  
versionis Lutheri in dubium vocant, inter quos quog. D. Jo-  
hann. Tarnovius est, qui dictum Hof. 6. v. 4. longe aliter,  
quam Luth. vult verit. de quo in disput. act. Plura de a-  
liorum Germanicis versionibus, imprimis Herbornensi co-  
dice, hac vice addere non licet. Vide de eo librum Pauli  
Röderi, Pastoris in Kochberch / hoc titulo insignitum :  
Biblia der heiligen Schrift new verdeutschet  
von dem Calvinisten Joh. Piscatorn vnd seinen  
Gehülffen / der Gemeinen Lutherischen Deuts-  
schen entgegen gehalten / vnd nach dem Grunde  
des Christlichen Glaubens vnd dem stürnem-  
stien Hauptsprachen beyde auff die Probe gese-  
het / etc. Adidimus tamen, quod hinc consequitur, nullum  
unquam versionibus solis, nec Latinâ, nec Germanicâ nisi  
posse, ita, ut dignum sit nostro labore Ebrææ & Græcæ lin-  
guæ studium, quò major sententiarum cura esse possit.*

Abso-



**N**il magis optandum doctis, quàm diciet: hic est;  
Vrpotè quæ doctos laurea lausq; manet.

Quam tibi dum quaris laudem, quod diciet, hic est?

Comprecor ut docto laurea lausq; fiet

Laurea lausq; fiet, fiet atq; hoc diciet hic est:

Sisq; inter doctos doctus, & usq; Vale.


*Honoris & benevolentia*

*ergò*

*amicissimo suo*

*deproperabat*

Christianus Martinus Willichius  
Hamb.



Suo Ludovico Braunen

**S**it sua laus aliis linguis; *Ebraa* meretur  
Laudari: huic subsunt mystica sancta Dei.

Hac *Superum* quondam coelesti ex æthere lingua

Affatus sanctos est *Pater* ipse patres.

Hac non est melior, non est antiquior ulla;

*Goropy* quicquid murmur inane sonet.

Hac scripsit *Moses* leges, & dogmata *Vates*,

Dogmata melliflui tincta liquore styli.

Hac *David* psalmos cecinit, Proverbia *Schlomo*,

Cælesti citharâ, dulcisonâq; lyrâ.

Hac, *Fons* est liquidus, nitidusq; argenteus undis

Qui puras vivo gurgite fundit aquas;

Vnde



Vnde sitim potis est sedare viator anhelus,  
Cum nequeunt lassī longius ire pedes.  
Hæc opus est vatum qui noscere scripta Sacrorum,  
Rimari & studio dexteriore volunt,  
Nobilius nihil est hanc quàm didicisse Camanā,  
Nativisq; suis *Biblia* scire tonis.  
*Dulcis Amice*, Patris spes, Aonidumq; voluptas,  
Ingenio & genio præmia digna feres.  
Nam *fontes* liquidos vestigas ritè Sionis  
Sanctæ, cælestes unde petuntur aquæ.  
Perge ita, ceu pergis, cursum *virtute* tenere,  
Inceprum felix continuato bonum.  
Donec relligio, Linguae pius usus *Ebraea*  
Donec erit, celebris laus tua semper erit.  
Cætera sunt hominum vario pendentia casu,  
Sola manet *Virtus* nescia sarcophagi

Gratulatur


Iohannes Schellhammerus  
Hamburgensis

**D**Ogmatibus linguas dedicisse gestis  
Ritè sacrari, sapientiamq;  
Legis arcana trutinare gaudes  
Fontibus ipsis,  
Perge, Laudem sic referes amicis  
Inter illustres Pietatis, atq;  
Præmium tandem capies laboris  
Gnaviter acti.


Ita dilectis, Consecras  
gratulor

Elias Holstorf Rostoch.





















, sive in ligamine Viventium, quo scilicet ligatur  
oc reconditur, ut illasa seruetur inter Vivos; Res  
funda, ad hoc in ea ponitur, ut fundam illud ejiciat  
ili ergo modo DEVS rotabit qf. in funda, vitam ini-  
t animam eorum e corpore expellat & evibret, eos-

um in hoc modo dictus Autor risu excipiendus  
d inter alia etiam immisceat suffragia pro de-  
Sebastianus Munsterus, licet hereticus, hic, (Sera-  
& Deuteron. 14.) quippiam notatu dignum afferit  
torum, veterique ritu orandi pro mortuis. Per  
, Viventium intelligunt Hebraei solum Majestatis,  
orum Animas in seculo alio quiescere. Hinc etiam  
passim insculpant hanc sententiam: Anima ejus  
ntium: Sicuti, requiescat Anima ejus &c. De  
nscribitur: Precationes Iudaorum pro defunctis,  
ardus. Sed, quæ Consequentia? Justorum  
Majestatis in alio seculo quiescunt. E. peranti-  
tis precum usum adhibent.

verò III. Noster omnium communis Præce-  
rdus (k) וְיָוֵעַ עַל אֲרְיוֹס, respicit particulam אַתָּה  
אֱלֹהֵינוּ אֱתָהּ יְהוָה אֱתָהּ דֵּיּוֹהֵי אֱתָהּ  
non solum de Conservatione Vita in periculis &  
etiam de beato Anima Davidus post mortem statu  
m, inquit, erit colligata cum Domino DEO tuo, sive  
ud Dominum DEVM tuum. Ex quo loco colligit  
justorum esse repositas sub throno gloria, ac Iudaï  
m inscribere solent: מְנוּחָהּ בְּצִרְוֹךְ הַתְּיִים  
עַם שֶׁאֵר צִרְוֹךְ  
Quies ejus in loculo viventium  
is mulieribus Amen, Amen, Amen, Selah.

אֱתָהּ הַהֵן צִרְוֹךְ בְּגֵן עֵדֶן אֱתָהּ  
ata in horto Eden, cujus mentio fit Gen. 2, 15.  
nus Paradisum voluptatis vocat, & Cl. Buxtorf.  
m Adamus primus, veluti colonus, à Deo Creatore collo-  
raicè & Chaldaicè vocatur à Voluptate. Midrasch

C 3.

III. Senten-  
tia.  
k) D. Gerh.  
Tom. IIX.  
de morte  
LL. 5. 160.  
p. m. 274.

l) Gen. 2, 15  
m) In Lexic  
Chald. Talmud. Rabb.  
p. 1580.

Cohe.

